

DISSERTATIO THEO-
LOGICA V.

De

EXCIDIO ORBIS
SUBSTANTIALI
ET TOTALI,

DIVINA ASSISTENTE GRATIA,

Ex consensu & approbatione Admodum
Reverendæ Fac. Theol. in Regia quæ
Aboæ est ad Auram Academia,

PRÆSIDE

DAVIDE LUND/

SS. Theol. Doct. & Prof. Ord.

Respondente

JACOBO Wijkar/
Ost-Bothn.

Discutienda.

In Auditorio Maximo

In diem 10 Decemb. 1704.

Exc. JO. WAL.

H. Bock.

*Muneris Amplitudine & me
laude Egregie*

DN. ANDREÆ MATHESIO,
Judici Territoriali in Orientali
Bohnia Consultissimo.

DN. M. ERICO CAJANO,
Pastori in Cronoby Vigilantissimo.

DN. M. ISAACO Wasbohm/
Sacellano in Wdro Fide-
lissimo.

PROMOTORIBUS, EVERGE
ut propensissimis, ita omni ob

*Hoc quidquid est in observantia & debiti
felicitationis voto, of*

NOM:

Cultor

Jacob

RIS

ritorum gloriâ, nec non eruditionis

Conspicuis

DN. BARTHOLDO VAEHL,

Pastori in Almola diu
merito.

DN. BIRGERO BRATT,

Sacellano in Ecclesia Wasensi
Solertissimo.

DN. GABRIELI WERANDRO,

Sacellano in Terwaidarwi
Pervigili.

TIS atque FAUTORIBUS,
sequiorum genere colendis,

*affectus testimonium, non sine exquisita
fert: & inscribit*

VESTROR:

devotus

Wijfat.

VIRO - JUVENI;

*Literarum, Morum, Ingenitque
elegantiâ inprimis conspicio,*

DN. J A C O B O

W J A R /

Amico veteri & dilecto,

*Cum in societatem defendendi eruditi operis
de seculi consummatione
acciretur*

Cum ruet in cineres vasta olim
Machina mundi,
Et cinis in nihilum, ceu tua
scita ferunt;
Te tua servabit Pietas, probitasque
fidelque
Et gratus cunctis integritatis
amor.

Festinus adplaudet.

TORST: RUDEEN.

motus, nec lucis, nec defluxus, nec effectus alicujus cœlestis ministerio opus erit Homini. Quando igitur Homo ad cœlestem vite æternæ portum appulerit, sæculi hujus usus nullus amplius futurus erit.

3. Ab absurdi consequentia, quod si enim mundi hujus concedatur instauratio & renovatio, statuenda quoque foret restitutio reliquarum creaturarum omnium, quæ enim causa esset quod quedam duntaxat adservarentur, quedam vero penitus annihilarentur? causa sufficiens vix dari potest.

4. à Typi consonantia Lev. 14. v. 44. 45. jubetur domus leproforum non superficialiter renovari, sed fundamentaliter aboleri.

5. Ab ortus conformitate qualis enim ratio fuit principii, talis videtur & finis esse, ac Mundus ex nihilo prodiit per DEI omnipotentiam. E. Verisimile est, quod per eandem in nihilum sit redigendus.

§. XXIV.

Hisce laudati Doctoris argumentis, quæ *eis in συνέσει* sistunt ista, quibus pro sententia nostra hæctenus

exhibita, de mundi hujus destructio-
 ne universalī & substantiali pugna-
 mus, meritò etiam adjicitur ceu præ-
 gnās ratio proposita ex Apoc. 20. quæ
 heic nominatur modo, estque ἔτι πῶς,
 sive quod nullus amplius locus ex-
 stet compagis creatæ, cœli & terræ.
 Quemadmodum enim, quia nusquā
 erat moles illa ante sui à DEO produ-
 ctionem, ne existit quidem; pari
 ratione quia in consumatione seculi
 post fugam suam, cum locus ejus non
 invenietur, nusquam erit, plane non
 existet. Quid igitur est quod renova-
 bitur? Atq; hic cum de loco mundi sit
 sermo de quo variè disquirunt eru-
 diti, ne cujusquam sinisteris judiciis &
 expositionibus ansa detur, sciendum,
 & modò, & in superioribus, ubi hoc
 argumentum est explicatum, τῶν ἀπο-
 φῶν nos amplecti mentem orthodo-
 xorum Ecclesiæ Doctorum, quam
 scriptis suis tradiderunt, quam adeo
 ex monumentis quorundam inter

illos, huc adscribere placet, ut pateat contra Calvinianos nos tenere, locum non semper corpori ita esse tribuendum, ut ipso actu sit in loco, cum sufficiat posse esse in loco.

§. XXV.

In Parte ultima sive Appendice Colleg. Theol. systematici & quidem Colleg. Physici cap. IV. Thes. 1. pag. 137. D. Joh. Adam. Osiander loci naturam his verbis adumbrat. *Quando locum dicimus affectionem corporis, potius locabilitas erit intelligenda, sicut cætera attributa non tam de actu quam de potentia sunt accipienda; Et si locus accipiat ut actu dicit affectionem corporis, magis pertinere videtur ad locantem substantiam, sive corpus quod locat, quam locatum, ita ut intrinsecè convenienter locanti, rei autem locatæ extrinsecè. Ideoque quando dicimus locum esse affectionem corporis, & hæc distinctio & hic respectus ex parte locantis & locati, probe venit attendenda.* Beatus vero Doctor Scherzerus ita exponit suam senten-

tiam Nucl. Philos. Quadrip. p. 51. Fal-
 sum est locum esse proprium Physicum, sed
 locabilitas seu posse esse in loco propri-
 um est. Idem in Colleg. Anti-Sociniano,
 ubi etiam cœlum extimum exempli
 loco adducit, sequentem in modum
 super hac re differit: *Locus est accidens,
 corpus non constituens, sed accidentaliter
 consequens propter aliud accidens, nempe
 quantitatem, ad cuius rationem, non a-
 ctualis circumscriptio requiritur, sed sola
 circumscriptibilitas sufficit. Cœlum exti-
 mum loco non circumscribitur. Et accu-
 ratè loquendo, non locatio sed locabilitas,
 non esse in loco, sed posse esse in loco corporis
 Physici affectio est. Cur vero DEUS per o-
 mnipotentiam suam non disponere de acci-
 dentalibus illis possit? Quæstionem hanc
 subjicit propter adversarios, infician-
 tes præsentiam corporis Christi in
 S. Cœna, contra quos disputat.*

c

§. XXVI.

Ομὸψυφῶς est heic Doctor Gravis-
 simus B. Baldwinus, qui sequentia

fi.

signavit in Commentario suo Epist
 ad Col. ad cap. III. part. altera Quæst
 I. pag. m. 1092. *Nos respondemus locum
 non esse corporis proprietatem ουσΑΤΙΧΗΝ, sed
 accidens prorsus alienum; potuisset enim
 DEUS, ab initio corpus aliquod condere,
 citra sui destructionem, extra omnem
 locum, quemadmodum de ultimo cælo
 Philosophi testantur, quod non sit in loco.
 locabile quidem est proprium cuiusque
 corporis, seu in loco esse posse, sed non
 actu semper locale. Ipso actu esse in
 loco cælum extimum affirmat qui-
 dem B. D. Balth. Meisnerus his verbis
 in Philos. Sobria: *Definitivè in ubi non
 est cælum: hic enim modus Spiritualibus
 naturis convenit, quæ suum sibi ipsis de-
 finiunt ubi. Nihil ergo relictum aliud
 quam ut concludam in ubi esse circum-
 scriptivè, quod tamen non ita intelligi
 debet, ac si ab alio extrinseco circumscri-
 batur: sed quod ob circumscriptas suas
 dimensiones in circumscripto itidem & fi-
 nito est spatio in quo & ipsum & ipsius**

partes locatae sunt. Sicuti enim duae tantum species durationum finitarum dantur aeternum & tempus; quorum illud incorporeis hoc corporeis substantiis competit: ita duae tantum sunt species τῶν ubi, nempe locus & ubi definitivum: Hoc spiritibus illud corporibus proprium. Quoniam igitur spiritus, & in ubi definitivo, non est, utique in loco erit, si alicubi esse conceditur, πᾶν γὰρ σῶμα ἀποθῆτον ἐν τόπῳ part. I. sect. 3. p. m. 356. Sed ut sunt δευτέραι φροντίδες κρείττονες, ita postmodum deprehenditur ista signasse p. m. 374. Caelum ultimum corpus verum imo aliorum corporum quasi regula est: in loco tamen Aristotelico non est, sum quia extra caelum non est aliud corpus quo teneatur aut tangatur, tum quia ἕρπυλος ἐστὶν ὄρος τῆς αἰθρῆς. Concludit adeo: Hec cum ita se habeant propterea distinguo inter actum primum & actum secundum, inter locabilitatem & localitatem: illam omni corpori essentialem ideoque perpetuam hanc accidentalem & mutabilem dico.

*Potest quidem corpus omne loco circum-
scribi; sed ut actu circumscribatur, neces-
sarium non est, quia actus secundi sa-
pe possunt à fortiori principio superveni-
ente impediri. p. 376.*

CAPUT QUARTUM.

§. I.

Loco jam quocunque modo in-
tellecto, & in novissimis à Syste-
mate mundano remoto per Spiritus
Apocalyptici institutionem, neces-
sum est, uti etiam antea illatum ex
hoc oraculo, planè removeri machi-
nam mundanam, & in non entium
numerum, h. e. nihilum redigi, quod
adeo jam verum se monstrat, ut nul-
lus fere scrupulus superesse videatur.
Atque satisfaciunt hæc omnino in
præsenti argumento piis & sobriis
ingeniis, quæ sensus habent exercita-
tos, atque prælucente verbi divini fa-
ce, diligenter ac devotè ad institutio-

nem Spiritus Sancti attendunt: Neque sic quidquam fabellis movebuntur Judæorum, vel tricus Scholasticorum, aut dictaturâ Pontificiorum, argutiisve Calvinianorum, sive quorundam etiam ex Nostratibus innocuis conceptis opinionibus, quominus simplicem veritatem, quæ manifestis se prodere videtur vocibus, in scripturis, amplectantur, hæctenus puta erutam ac inculcatam sententiam. Receptui adeo canere, nobis integrum esset hoc nomine, atque manum de tabula remove, nisi quæ nondum sunt tacta, cerneremus cum detrimento Juventutis, & Opellæ hujus mutilatione omitti. Posset namque remora & tædium obrepere legentibus, tum ipsum scriptum defectus argui non excusabilis, si, quæ in hac materia objici solent, & in contrarium moveri à Dissidentibus, sicco planè pede prætereantur. Igitur, ut in hoc etiam arti-

ticulo quod nostræ esse curationis, atque ad ædificationem spectare apparet, expediatur; breviter quoque adjicere lubet & examinare potissimas rationes, quas nobis opponunt *οἱ ἐξ ἐναντίας*, ut suam tueantur sententiam.

§. II.

Iisdem fere nituntur fundamentis, variorum Adversariorum conclusiones in hac doctrina, nisi quod quidam, pluribus deductionibus imo detorsionibus, quam alii, sua placita dum explicare nituntur, implicant. Specimen videsis apud Osiandrum *Dissert. Sacr. de Consum. sec. cap. X. pag. 57. & seqq.* Producemus nos omnia, quorum notitia præ aliis exigitur, idque planis ac simplicibus verbis. Priori quidem loco quæ ex scripturæ auctoritate, posteriori quæ ex ratione depromuntur, sunt constituenda. Atque cum in

antecedentibus sparsim aliqua loca
 prout objecta sunt, vindiciis sint il-
 lustrata, primum in acie collocabi-
 mus Esaiæ vaticinium quod in cap.
 30. v. 26. occurrit: ex quo infertur,
 Systema hoc mundanū nequaquam
 esse destruendum, eò quod S. Spiritus
 non luminarium Cœlestium defe-
 ctum, nedum abolitionem exponat,
 sed ex aduerso eorum incrementum
 tradat, idque valdè magnum, imo
 multò maximum futurum, ait enim:
 lux Lunæ erit sicut lux solis, & hæc
 seu lux Solis septuplo, sive velut lux
 septem dierum, quæ verbotenus, a-
 junt, accepta, mutationem quidem
 dicunt, at non sanè entis in nihi-
 lum, sed in novum ac meliorem sta-
 tum, adeoque harum partium reno-
 vationem, quo ipso *πανολεθρία* nega-
 tur. Verum horum assertioni oppo-
 nenda (α) vis rationum in prioribus
 propositarū, quæ quamdiu enervari
 non possunt, alia frustra oggeruntur.

Ingeminandum (β) jugiter effatum
 Jobi עַר בְּלִי שְׁמִי cap. 14. 12. qui
 mortuorum resurrectionem differt
 usq; dum non erunt cœli, circa quo-
 rum finem hos expergefieri, nobis
 suo aperit dicto, atque ita $\mu\alpha\kappa\rho\upsilon\acute{o}\varsigma$
 $\sigma\mu\varsigma$ transitum ex revelatione DEI in-
 dubitatò asseverat. Idem est quod e-
 buccinat Psalter Psal. 72. 7. עַר בְּלִי יָרַח
 donec non erit luna, dicens futu-
 rum ut non existat luna, a cujus ad
 omnium partium negationem, hic
 tutò licet argumentari, cum similiū
 eadem sit ratio. Advertendum (γ)
 Non esse hic eandem atque con-
 stantem hujus dicti apud Auctores
 expositionem, sed variam admo-
 dum, cum jam de Christo post re-
 surrectionem suam maximè glorio-
 so, multiplicis gratiæ lumine illustrā-
 te lunam h. e. Ecclesiam; aliàs de die
 judicii, in quo Sol septuplo hoc est
 longè solito clarior erit, ut ita in
 cœlis major DEI majestas resplende-
 de.

deat; iterum de victoria Christi, qui morte sua mortem & tenebrarum potestatem superavit, & verum ac solidum gaudium nobis paravit; nunc de lætitia quam concepturi erant Judæi jam reducti sub Esdra à captivitate Babylonica accipiatur: unde quia adeo fluctuant Commentatores, nec conveniunt in certa dicti expositione, illud minimè innovando mundo fundamentum satis validum subjici potest.

§. III.

Dum (δ) penitus in ipsum allegatum locum introspicimus, patet significari eo ipso, summam Judæis liberatis partam fuisse lucem & lætitiā, quasi visa fuisset Luna Solis splendore lucere ac septuplo amplius quam antea splendere. Ceu enim cœlestes faces tristibus luce sua nullam afferunt voluptatem, quin potius obscuritate quadam laborare ap-

apparent; discussis vero anxietatis
 nebulis, cum serena est mens, multa
 cum amœnitate oriuntur, & viden-
 tur lucidiores: Ita metaphoricè ea-
 dem lumina, lætitiâ, sacro scriptu-
 ræ stylo subinnuunt, ac temporum
 felicitatem; veluti tenebræ ac caligo,
 cœlestium item corporum obscura-
 tio, exulcerata tempora denotant,
 prout exemplis hæc utrinque pro-
 bant Philologi ductu scripturarum,
 ex quibus sunt sequentia Esther 8.
 16. cap. 11. Es. 13. v. 10. Jer. 4. 23.
 Impletam vero Prophetiam Ortho-
 doxi etiam asserunt tum, cum ab As-
 syriis illatum damnum & inflictum
 vulnus, DEUS paterna medela sa-
 navit, & per insignem liberationem,
 cœtum fidelium ingenti gaudio per-
 fudit, quod quidam ad Ezechiaë tem-
 pora, alii ad Hiskiaë referunt, quan-
 do angelicâ clade tot Assyriorum
 millia cæsa interiire. Quæ cum de
 corporali liberatione atque inde orto

gau.

gaudio sunt intelligenda, nequaquam excludere existimat *Calvinus* futuram felicitatem in consortio Angelorum atque electorum Domini, ubi liberati ab omni malo, cum Christo in omnes æternitates gaudebimus; maximè, quia in hac vita, ex paternæ opis dulcedine, sensum gratiæ divinæ, ac lætitiæ sempiternæ *πρόγευμα* percipiamus. Dispiciant adeo *ἀνακαινώσεως* Patroni, his ita constitutis, quid roboris, & cum illud habere nequeant, quid saltem speciei, ex loco exposito, suis valeant conciliare opinionibus. Cordati sanè & simplicis veritatis sectatores, vix ac ne vix quidem sunt enunciaturo, quomodo innovatio cœli & terræ exinde exculpenda, quod felicitia fata post multas ærumnas erant experturi Judæi, atque eo habituri *προποτισμὸν* obtinendæ apud DEUM in Cœlesti gloriâ, lætitiæ nunquam desituræ.

§. IV.

Exponenda nunc sunt ea, quæ expresso novi cœli & terræ nomine, mundi restitutionem in Sacris literis signare putant, sententiæ istius propugnatores. Esaiæ iterum ab illis adducitur propheta ex 65. c. v. 17. Ecce enim ego creo cœlos novos & terram novam, quam sic intellectam volunt, ac si in novissimo die præsentis mundi habitum DEUS sit immutaturus modo & innovaturus.

Resp. 1. Apertè hic memorari creationem quæ aliam potius dicit substantiam produci quam priorem innovari. Quamvis enim vox creare Hebræorū רָבָא נָבַר respondens nonnunquam inferat formationem rei ex præexistente materia, nec non novarum qualitatum impressionem ceu prioris exemplum occurrit Gen. 1. 21. & 27. Posterioris Psal. 51. ex significationis tamen vi præcipua, productionem ex nihilo signat,

unde notior usus potius arripiendus
 esset quam is qui minus est frequens.
 2. Novum potius diversum dicit,
 quam quod per accidentalem mu-
 tationem est innovatum, atque sic
 novi cœli & nova terra, alia hujus-
 modi corpora, non priora restau-
 rata, subinnuerent, quod & ipsæ li-
 teræ monstrant quæ vocem formant
 novi, non innovati. Confirmat hanc
 expositionem usurpationis vocis חרש
 in fontibus, quæ *alium* quoque no-
 tat, uti Exod. I. v. 8. וַיִּקַּם מֶלֶךְ חָרָשׁ
 & surrexit rex novus h. e. alius Pha-
 rao & Deut. 24. v. 5. Cum acceperit
 vir חָרָשׁ אִשָּׁה נְכוּנָה uxorem novam, h. e.
 aliam, in locum repudiatæ vel mor-
 tuæ prioris conjugis. 3. Agit locus
 de gratioso statu Ecclesiæ sub ad-
 ventum Messias, quo in gratiæ re-
 gno liberati à miseriis spiritualibus,
 quibus antea pressi erant fideles, sen-
 tirent se novis frui immunitatibus,
 nec nisi pro umbra haberent hujus

mundi calamitates. Itaque loquitur hic Dominus de renovatione mundi, quæ inchoata est spiritualiter per ministerium Evangelii, completa autem erit in altera vita, ubi omnia erunt absolutissima. Intelligit Propheta Ecclesiam, & de Temporibus N. T. agit, imo à regno gratiæ transit ad regnum gloriæ, ut ex interpretatione S. Sancti 2. Pet. 3. & Apoc. 22. recte docuit Osiandrina Paraphrasis, ait entheatus D. Carolus. Quibus ita pensatis, manifestum est, nihil hinc posse deduci quod immutationem mundi quâ qualitates probet, & destructionem ejus *non* *scilicet* explodat.

S. V:

Affinia sunt his, quæ ex Apocalypsi objiciuntur & Petro. Visiones sibi oblatas in spiritu memorat Johannes Apoc. 21: 1. *Vidi cælum novum & Terram novam.* Desiderium suum atque fidelium, quantum ad ista, ita exprimit Petrus Ep. post. c. 3: v. 13.

K

Neo

Novum Cælum atque novam Terram
secundum promissa ipsius expectamus.
 Respexerunt Hagiographi isti o-
 mnino ad locum modò expositum,
 unde etiam apophthegmata mutuati
 sunt, ideoque ex ejus quoque intel-
 lectu quodammodo capi possunt,
 nisi quod planè ad novissima re-
 stringantur, & referantur ad illa,
 quæ post consummationem seculi
 experientur, qui per fidem in unio-
 ne sunt cum Salvatore & Servatore
 JESU. Quod verò ex his infertur,
 non valet primò ob *Αούσαζον*, nam se-
 queretur novos etiam homines
 DEUM creaturum. Si enim per
 novorum cœlorum ac novæ terræ
 creationem significaretur renovatio
 hujus molis, homines etiam, quia
 novis qualitatibus donandi atque sic
 suo modo renovandi, creari diceren-
 tur. Id vero nec Scriptura dicit, nec
 fieri potest, quia resuscitandos & re-
 surrecturos homines mortuos, ea-
 dem

dem docet Scriptura. Deinde ob
 ἀζπov ; quia si innovandi essent cœ-
 li, &c. oportet in consummatione
 seculi existerent & superarent, id ve-
 rò est quod expressè negatur, cum
 expressè ait Spiritus abiisse primum
 cœlum & primam terram, ita qui-
 dem ut amplius non sint, quod ex
 sequentibus ejusdem commatis ver-
 bis planum, quæ mare non amplius
 existere inculcant, cum quibus et-
 iam consonant, quæ in nostro decla-
 rato dicto apocalyptico observavi-
 mus, atq; omne πῦ Systemati mun-
 dano adimunt, dum locum ei non
 esse inventum pronunciant. Quivis
 adeo videt, non sine absurditate dici,
 innovari mundum, qui tamen non
 existet. Nec minus absurdum est
 affirmare, bruta etiam resurrectura
 ad incorruptibilitatem, cum & illa
 innovanda essent cum ipso mundo.
 Eliceretur illud præcipuè ex Psalmo
 104: v. 30. *Emittes Spiritum tuum & re-*

creabuntur & renovabis faciem terræ,
 qui locus inter alia quoque in sub-
 sidium hujus opinionis adducitur,
 at in quo, hujus intuitu negotii, ni-
 hil inest solidi, cum loquatur Hiero-
 psaltes de continua & quotidiana
 mundi renovatione, quâ, decedenti-
 bus individuis, succedunt alia, in
 quibus conservantur species & ge-
 nera, dicente *D. Kiliano Rudrauffio.*

§. VI.

NEC est, quod objiciat quisquam,
 transitum mundi, quo abire di-
 citur, capiendum esse, non de sua
 substantia, sed ichemate, quod præ-
 teritum docet Apostolus 1. Corint.
 7: v. 31. nam quamvis hæc figura seu
 habitus, cujus facit mentionem A-
 postolus, differat ab ipso mundo,
 atque hic notet externam & civilem
 conversationem, in certis quidem
 heic loci occupationibus; ex eo ta-
 men non sequitur, quia hoc *χῆμα*
 in-

interibit, quod obtinet in mundo, ipsum mundanum Systema non interiturum. Hæc enim cum sibi invicem non opponantur, sed unum altero contineatur, potius concludendum, utrumque eandem sortem subiturum, quam alterutrum universali ruinæ & cladi eximendum, adeo ut dicendum sit, & Schema mundi, & ipsum mundum periturum. Tertio ob *ἄπρωσ δόξουσι*, cum de corporum horum, cœli atque terræ substantia, quam oculis nostris usurpamus, non agat; sed tale novum cœlum insinuet, quod diversum est naturâ & essentiâ a priori, atque adeo non corporeum sed incorporeum, quemadmodum & terra, estque nihil aliud quam habitaculum Beatorum, seu Ecclesiæ triumphantis in futurâ gloriâ status felicissimus. Iterū igitur appositè ad hunc locum B. D. Hoë commentatur his verbis:

Fugisse à conspectu sedentis, super thronum magnum candidum terram & cælum, nec locum eis inventum cap. 20: v. 11. dictum fuit: quæ fuga nihil aliud notat quam totalem terræ & cælorum interitum, qui post extremum iudicium est futurus. Quia vero sanctos post hanc vitam alicubi esse oportet: idcirco eorum sedem, habitationem, domicilium, receptaculum & gloriosam conditionem, singulari studio S. Johannes Theologus depingit sic inq̄uens: Et vidi cælum novum & terram novam, quæ nimirum priori cælo & terræ successerunt. Igitur tenemus μεταφορικῶς heic verbis hujus seculi res futuri seculi describi, quod etiam firmatur ex sequentibus hujus capituli, in quibus sub schemate urbis alicujus, adeoq; ex re in hac vita nota, sistitur per ænigmaticam ἑρμηνείαν, incomprehensibilis illa gloria & majestas conversationis nostræ cum DEO, in cælis, & sic quasi interiora & exteriora
 cæ-

ccelestis patriæ & mansionis perlustrantur & recensentur. Tantum ergo abest, ut ex hisce ac hujusmodi dictis adstrui queat mundi φθώρα κατὰ ποιότητος, ut potius probent præsentis seculi totalem interitum, ad quem usum etiam adhibentur ab eruditiss.

§. VII.

Quamquam ista, quæ thesi proxima sunt signata, etiam plenè possint diluere objectionem, ex loco Petri formari solitam, lubet tamen eum figillatim expendere, eò quod varias inde ἐνστάσεις neçti constet. Imprimis quidem notamus παρερμηνείαν Doctissimi interpretis Angli *Job: Lightfooti*: sed hominis Calvinistæ, qui, quæ Petrus clarissimè tradidit de consummatione seculi, & sequuturæ æternæ vitæ felicitate, ita deformavit & obfuscavit, ut non sonent id, quod apertissimè verba ipsa clamant.

Novum cœlum & novas terras, quæ cum fidelium choro affirmat se expectare, per fidem, secundum promissionem Domini, Apostolus, Calvinista, pervertendo interpretatur de nova creatione status Evangelici, ubi observamus, admittâ tali explicatione, ex illis verbis nihil amplius deduci posse, quô adstruatur mundi innovatio & βελτίωσις. Verum suppetit alius modus solvendi nodum, ut non opus sit per dicti Apostolici depravationem difficultatem declinare. Itaque fatendum ingenuè, totâ viâ errare ac omnia pervertere hic *Lightfootum*. Ita efflictim sudat, quò τὴν Γέσιν queat φυλάττειν. Falsa sunt hæc omnia, per cœlum notari Ecclesiam Judaicam, per terram Republicanam Judæorum; per cœlum novum & terram novam, mundum Evangelicum inter gentiles creandû, ἅπερ γε φησὶς quoniam dicuntur, cum ejus auctoritate non possint firmari.

Eo est facilius hæc omnia falsitatis arguere, quod & in antecedentibus hujus capituli ista, quæ vel simplicissimus videt de fine seculi agere, aliò torqueat. Sic illos cælos, quos Petrus ait ex nihilo conditos, sic mundum, quem affirmat diluviò peritisse, etiam dicit interitura. Id vero quomodo referet ad Judæorum Rempublicam? sanè talia sunt hæc omnia, quæ simplici negatione refelli queunt, etsi multò miniò tinguantur, atque speciosa aliorum locorum Scripturæ allegatione suffulciantur.

§. VIII.

Ultra propius ad hoc dictum respondetur, non deduci hinc posse renovationem, vel illam si asseratur, consistere cum institutione Petri, qui docet cælum ac elementa solvi debere *ῥοιζήδωρ*, cum magno stridore conflagratura, quæ omnia totius hujus universi annihilationem evidē-

denter inculcant: Atque cum hæc præcesserint, & illa ab Apostolo sunt postposita ac tradita, rem novam aggreditur, docens quid expectandum sit atque futurum, nempe cælos novos, in quibus habitat justitia, qui sanè ex eorum renovatione existere non possunt, quæ penitus sunt abolita nec amplius existent, sed aliàs nos manebunt ex DEI beneplacito & æterna constitutione, ejusque sunt indolis, quæ in thesi præcedenti pro captu nostro sunt adumbrata. Vana est instantia, si dixeris renovationem mundi hic omnino esse intelligendam, propter scopum & argumentationem Viri DEI: is enim proposuit sibi homines cohortari & flectere ad vitæ renovationem & sanctimoniam, usus verò est argumento ad id, ducto ex loco comparatorum, nempe æquum esse ut renoventur mortales, quia renovandus est totus mundus. Vana, inquam, talis esset

esset instantia : quamvis enim cer-
 tum sit, id agi in hoc capite, ut ex-
 citentur homines à veterno suo ac
 somno vitiorum, quò omni expulsa
 securitate, veram pietatem sectari
 incipiant, & DEO vivant, non sibi ;
 illud tamen non efficitur hòc modò,
 ut per renovationem seculi inducan-
 tur in illam mentem mortales ; sed
 aliunde ducuntur argumenta, quæ
 majoris sunt momenti & efficacius
 movent, ab incommodo nempe, quod
 securos ac induratos homines inun-
 daverint quondam & oppresserint
 aquæ diluvii ; quod itidem certò,
 horribili incendio totum hoc uni-
 versum interibit, atque unà perden-
 tur omnes impii, veniente ad judi-
 cium citò & ex improvìso justissimo
 judice : à necessario, æquo & utili,
 quod benigno & longanimis sit Deus,
 qui non perditionem nostram, sed
 resipiscentiam & salutem cupit, quod
 æterna justitia & cælestis gloria im-
 mineat.

Nequè hanc evincit renovationem collatio interitus prioris mundi atque præsentis, ut inferunt nonnulli ex commate 7: hoc modo: quia non est destructa mundi substantia per cataclysmum tempore Noachi, sequitur, nec interiturum eundem per totius naturæ annihilationem, imminente universi consummatione. Etenim ex *συνεργία* evidens est, non contendere hic Apostolum primum ac secundam interitum inter sese, atque utriusque modum eundem docere; quin potius divinarum prædictionum & nemesis divinæ veritatem inculcare, quod Empectæ atque flagitiosi homines justa DEI judicia non sint evaluri, sed debita supplicia secundum comminationes DEI factas, ex merito suo subituri. Probat id exemplò petitò ex primi mundi strage, quâ deleti sunt incolæ ejus miserè, eò quod omnes

increpationes & cohortationes, nomine DEI sibi per Noachum annunciatas, alto supercilio contemserint, imo, quod vero simile est, sannis & ludibrio apertè exhibularint. Ex horum occasione, similem sortem experturos interminatur hujus seculi securos & perfrictæ frontis homines, quibus simul indicat, omnes in universum impios impœnitentes atque infideles, pœnas promeritas luituros, in ipso adventu Domini glorioso & terribili. Atque tum mundum, ut diluvii tempore, certò perditionis suæ fata sensurum ait, quo tamen ipso, multa quantum ad modum hujus interitus, adfert atque discriminat clarissimè, nimirum quod tunc aqua habitatores terræ delevit, nunc vero ignis ipsum domiciliū exedere debeat : quod elementa tunc aliquid passa ; nunc autem planè solvenda atque calore absumenda sint : quod tum aqua, quæ corruptionem effi-
 cie-

ciebat, mansit; jam vero ipse vorax
 ignis unà sit periturus. Quæ omnia
 arguunt, nihil hic contineri, quod
 communem utriusque interitus mo-
 dum proponat. Deinde, si quid ex
 modo interitus prioris mundi, ad
 hujus est inferendum, id potius
 sequitur, non per ἀνακαίνωσις esse
 hunc restaurandum, sed per flam-
 mas corrumpeudum, quippe cum
 vastatus sit miserandum in modum
 prior, per aquarum inundationem,
 adeò, ut vires & venustatem maxi-
 mam partem perdiderit. Neque
 posset hic interitus utriusque idem
 esse. Superare debuit prior mun-
 dus, ob posteritatem Noachi ab ipsi-
 us familia propagandam, cujus
 sedes & habitaculum idem consti-
 tuebatur, cum cessarunt aquæ dilu-
 vii. Quæ substantiam interibit præ-
 sens, utpote nulli usui futurus, post
 judicium extremum. Omnia viven-
 tia ratione destituta interibunt, uti
 sen-

sentiunt plurimi qui se nobis opponunt. Homines pii habitabunt in novis cœlis & nova terra, ubi iustitia habitat, quod hic non est expectandum. In quem finem ergo reviviscet & reflorescet in suis cineribus? Partes quædam sublunaris mundi passæ sunt sua fata in diluvio, subjicienda illis in extremo iudicio corpora tam cœlestia, quam terrestria, ut nihil planè hinc queat excipi. Unde cum non idem objectum est, utriusque interitus, nec idem modus facile concedi potest.

§. X.

Arcessitur & huc fulcimentum ex Act. 3: v. 21. ubi Petrus meminit ἀποκατάστασις πάντων, unde concludere nituntur: Si in extremo die omnium rerum erit restitutio, quod locus hic Apostolicus perspicuè asserit, non sanè ferendum, si quis affirmaverit, omnia esse abolenda.

Ast

Ast in pleniorē hujus loci intellectum advertendum, Ἀποκατάστασις seu restitutionem inferre melioris status adductionem & præsentiam. Et quia restitutio erit, præsupponitur quædam privatio seu defectus, qui constituendus videtur in amissione bonorum, in molestiis urgentibus & adversitatibus quibuscunque. Restitutio igitur continget, cum amissa bona recuperabuntur, cum quies aderit, cum immutabilis felicitas affulgebit. At quinam erunt præter homines, qui defectum senserunt & gravia illa perpessi sunt, quique restitutionem expetunt, expectant & obtinebunt? Illi sanè sunt & non alii intelligendi, quorum causâ admonitiones in concione sua & correptiones & consolationes adhibet Petrus. Sunt vero isti soli homines, coram quibus concionatur, quibus etiam locutus est Dominus, per Sanctos suos Prophetas

Viro · Juvēni

*Honestissimarum artium virtutumque
culturā Pereximio,*

DN. JACOBO Wijſar/

ORBIS INTERITUM SUBSTANTIA-
LEM & TOTALEM,

Eruditè defendenti, amico suo
dilectissimo.

לֵי מִי לֵי מִי לֵי מִי דֵּן דֵּן דֵּן i: e. Si non ego mihi
quis mihi? ita quidam è celeberrimis Judo-
rum doctoribus sui curam & sibi & aliis sum-
moperè commendabat. Non equidem reticen-
dum multis *varia* esse negotia, quibus occu-
pati suæ planè obliviscuntur salutis, vitam
moreſque non Deo, sed mundo Diaboloque de-
stinato consilio accommodantes. Hinc est quod
videamus sæpe auditoria vacua, œnopolia &
cauponas refertas, Paridesq; multos cum Hele-
nis suis sese oblectantes, sepositis musis ac
gratiis. Vivimus prohdolor! nunc in mundi
nutantis fece & sine, variis obruti molestiis,
tempora supervenerunt! que καίρῳ καλεπῳ,
difficilima utiquè & molesta, haud immeritò
nuncupabis; spurii interim sunt plerique Chri-
stianorum nominis absque vite sanctitate
gau-

gaudentes. Ruinam minatur DEUS per πολέ-
μας & ἀκοὰς πλέμων, sed nullus ferè est,
qui mores emendat suos, punica tantum apud
homines est fides, vita cyclopea, exquisita se-
curitas. Sequestratis tamen iis, quos sanior
manet animus, qui uncti ungentem spiritum,
impietatis fœtore non proscribunt. Orbis
interitum substantialem & totalem egre-
giè defendis, Doctissime Dn. Respondens,
eumque non papyro tantum, sed etiam cor-
dibus inscriptum memineris, ut ipse impi-
mis multorum malorum amuletum capias.
Certè, qui huiusmodi vacant meditationibus,
non terrenis adhaerescunt, visibilibus ac peri-
turis, sed felici indagine τὴ ἀνω quarentes,
ad pietatem & sinceram vitam semet acuunt.
Id & Tibi, Amice astumatissime, mentis esse,
quis non videt, modò laudabile tuum propo-
situm saniori pensitet aestimatione? Perge ita-
que ut cœpisti, faci, quam accendisti antea,
affunde parum olei, laborem intendo & ora-
tionem piam, eris, qui in huius temporis
fluctuantium incertitudine eventuum, in sur-
gentium tot tempestatum aestu ac furore tutò
in portu navigabis.

PETRUS PECKLINIUS.

Eidem :

Εξ ἐλευθερίας αὐτῆς θείας ὁ Θεὸς Δημιουργὸς
 πάντων τῶν πραγμάτων γονεὺς ἡμῶν πρῶ-
 τος καὶ εἰκόνα αὐτῆς ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ὁσι-
 οτήτῃ τῆς ἀληθείας ἐκτίσθη, ἀλλ' ἐκ μεμενήκασιν
 ἄχρῃ τῆς τέλεος, ἐπειδὴ περ παροξυσμῶ τῆ
 Διαβόλου ἀπέπλανήθησαν φαγεῖν ἐκ καρπῆ
 τῆ δένδρου ἀπηγορευμένου, τίνθη ἕνεκεν εἰς
 τὸν αἰῶνα ἀποβεβλημένοι ἦεν, ἐάν μὴ ὁ Θεὸς
 τὸν ἄνθρωπον αὐτῆς λύσειεν τῆς ἀνθρώπου ἐστραφεί, ὅς
 καὶ εἶη ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα
 πᾶς ὁ πεισάων εἰς ἐμὲ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνη.
 βδελυκτὸν ἐστὶ πᾶν ἀμάρτημα μάλιστα ἢ τῆ πνεύ-
 ματις ἀμαρτία, ἢ ἐκ ἀρεθῆσαι τοῖς ἀνθρώ-
 ποις, ἐπειδὴ μὴ εἰς μετένοιαν ἀφορα. Νομί-
 ζουσι τίνες τὴν τῆ κόσμου πᾶσι ἄνευ ἀμαρ-
 τίας ἔδαμῶς γίνεσθαι, ἄλλοι τὸν κόσμον μὴ
 πίπτεν, ὅμως μένοι προφαίνει ἡμῖ ὁ Σωτὴρ
 ἡμῶν λέγων, ὁ ἔρανος καὶ ἡ γῆ παρέλευσθαι
 οἱ δὲ λόγοι μῆ ἔ μὴ παρέλθωσι. πρὸ ὕλης
 πάσης διαλέγεται συγγραφῆς τῆς διαλεξέως,
 ὅς εὐφημίαν παρ' ἡμῶν λαμπρὰν εἰκότως
 προσλαμβάνει, διὰ φιλοπονίαν αὐτῆς καὶ μόχθου
 μέγαν. Διόπερ διαλέλει ὡ φιλε ἐμῆ διαπαντός
 ἐν τῇ σπαρῇ, ἔ μάτην ἐση ἐπιμελής, ἀμοιβῆ
 σὶ σὺν τοῖς ἀγροῖς δοθήσεσθαι.

ἐν τῇ χειρὶ ἐγγραψα

J. TESCHE.

Ehreborne och Wälfärde Herre/
Herr JACOB WJRW/
Högtåhrade Gynnare!

Hwad är J siken om/ J Wiste här iwerlden?
Om intet. Eller och om idel träce
och skarn!

Som doch til intet blir. O! arme Adams bacht/
Som ej besinnen at J stråfwen effter skården.

Hwad kan doch gulle ehe/ rå altina brinna/ båca?

Om en Democritus rå stege uhr sin graf/

Som uhan twiswel sker/ så blir thet löse af.

En Heraclitus wist thår öfwer läker gråta.

Doch frisa konstler ha'a en förmdhu för alt annat.

At the än blifwa qwar seen altina går sin kos.

Om eliest Sanning har i Ewigheeten ros/

Thet uhan twiswel lär af allom blifwa sammat.

Uf thetta lärda wärk man thetta kan bewisa:

Om alt til intet blir/ så blir thet ånelig sant;

Ey thår uhas så wil thes sanning bli bekant.

Oh är för then skul fog thet samma högt beprisa.

Men J/ Her WJRW/ som Ehe mdda intet
sparen

Här wid/ Ehe bdr berdm/ först för Ehe
witera wece

Se'n at J stillia lære/ hwad Ehrbare är och
ledt/

Dch at J efter thet/ som ewige blifwer fahren.

ERICUS Wsblund.